

cum advocato suo, seu cœnobii illius, seu inter alios seculares inter illum et illum v' simillas firmitates parique tenore conscriptas cambii sui emitterent. Quas et emisissent. Ipsum autem cambium in easdem firmitatis emissiones nominatim visum est nobis inserendum. Deinde namque memoratus abbas seu alius cum manu advocati sui jamdicto homini illo in villa nuncupata Juchos et de pratis ad carradas ad jus pertinens sancti illius, et accepit ab illo in villa nuncupata Juchos et de pratis ad carradas, ea duntaxat ratione ut pars utraque acceptæ jus ambitio- nis deinceps inconvulsam et inviolabilem perennibus temporibus absque ullius inquietudine vel repetitione possideat; sicque pari diffinitione sanxerunt ut si pars quælibet exin calumniam ingerere, hoc est, si aut memoratus abbas, seu successores ipsius, sive jamdictus ille vel illius heredes aliquam repetitionem moliri tentaverint, sit tunc pars parti tantum culpabilis quantum repetere præsumperit, et in ærarium regis auri uncias tres cogatur impendere, sed nihil-

A ominis præsens-emissio cambii ejus perpetim sui vigoris obtineat firmitatem, ita duntaxat si imperatoris clementiæ complacuerit. Actum in illo loco, presentibus istis. Signum illius abbatis et advocati sui illius. Signum illius decani. Signum præpositi. Signum cellararii. Signum custoris. Signum portarii. Signum camerarii. Signum hospitalii. Signum aliorum testium. Ego itaque innumerens diaconus anno illo imperatoris scripsi et subscripsi. Notavi diem illum, illam datam, sub illo comite. Amen.

#### XLIX. Constitutio dotis.

Dulcissima conjux mea atque avaritissima nomine illo, ego in Dei nomine ille. Sumpsit mihi consilium atque complacuit ut ego te mihi in conjugium accepissem. Quod ita et feci. Propterea dono tibi dotem, sicut nostris utriusque complacuit amicis tibi donare, in pago illo, in illo loco, in villa nuncupata, id est, rectam curtem cum saepe circumscitctam, etc.

## FORMULÆ ANTIQUÆ ALSATICÆ.

### CLAUDII LEPELLETIER MONITUM.

Has formulas vetustissimo et optimæ notæ Codici earum quæ sunt Marcuphi subjunctas reperimus inter Francisci Pithœi monumenta. In quo quidem Codice non paucæ lectiones variæ ab editione illustrissimi et eruditissimi D. D. Hieronymi Bignonii in supremo Galliarum senatu advocati catholici, quæ multum ad illius restitutionem conferrent et contulissent, si tum summi ac venerandæ antiquitatis Codex Peleterianæ bibliothecæ Pithœani juris fuisset. Non enim dubium quin Pithœus Bignonio, in primis studiorum suorum experimentis, sui Codicis copiam fecisset, et libentissime et humanissime, tum propter arctissimam ex patre necessitudinem, cum propter certam etsi nascentem magni illius nostri sæculi genii expectationem. Pertinent autem hæc formulæ, quæ temporibus filiorum Ludovici Pii scriptæ sunt, ad regnum Austrasiæ, ut quæ Marculphi ad regnum Burgundiæ.

#### I. Carta donacionis monasterio in precaria.

Ego ille cum manu advocati illud trado ad monasterium S. N., cui nunc S. episcopus abbatis jure præsidet, quicquid hæreditatis in Arguna possideo, hoc est in illo et illo loco, ea conditione ut ego inde duos denarios singulis annis vitæ meæ ad ipsum monasterium persolvam. Et filius meus, Itt, et ejus legitime procreati easdem res intra sex annos post obitum meum decem libris, in arg. et auro puro a supradicto monasterio redemerunt. Quod si pactum quod cum eis placitum meo confirmaverint et impleverint, potest eadem redemptio, etiam me vivente, si ita mihi et amicis meis complacuerit, fieri. Quod si in aliquo pactiois meæ contrarii fuerint, ego de rebus meis ordinandis potestatem habeam. Sic autem hæc omnia trado, ut cuncta et filio meo, Itt, et ejus procreationi et monasterio proficiant in agris, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus, et omnibus ædificiis ac mancipiis atque universa suppellectili: nisi tantum quod mancipia quæ jurgiter in domo mea consistunt, et mihi specialiter serviunt, extra hanc traditionem relinquere decrevi, donec mihi Dominus insinuare dignatus fuerit quod de his, secundum suam voluntatem et utilitatem meam, facere debeam. Si quis vero contra hanc certam potestativa manu

peractam venire aut eam irumpere conatus fuerit, ad si-cum regis auri uncias tres, argenti libras octo, coactus persolvat, et hæc carta nihilominus firma et stabilis permaneat.

C Hæc traditio primum placita et facta est in illa feria iv, vii Kalend. Octobris coram N. seniore comite et subscriptis proceribus ac plebeis, atque corroborata est in illa vi die Kalendar. eorundem Fr. vi, coram Itt, comite juniore, et multitudine procerum ac popularium, quorum hic pauci admodum sunt annotati. Signum N. et advocatus ejus N. qui hanc traditionem fieri jusserunt et decreverunt. Ego itaque N. notavi supradictos dies, annum N. regis piissimi vii comitem.

#### H. Carta repræstationis a monasterio in precaria.

Complacuit mihi S. episcopo et abbati monasterii S. G. ut res quas nobis N. tradidit cum consensu fratrum et manu advocati nostri N. hoc ei repræstaremus. Tradidit autem nobis eadem N. quicquid hæreditatis in Arguna in Australi parte Aquilonis Argunæ possedit. Idem in isto et isto loco, ea conditione, ut ipsa inde duos denarios singulis annis vitæ suæ ad ipsum S. G. monasterium persolvat. Et filius illius N. et ejus legitime procreati, easdem res intra sex annos post obitum ipsius R. x libris in argento et auro puro a supradicto monasterio redimant. Quod si pactum quod cum eis idem N. et procreatione ejus placita est confirmaverint et impleverint, potest eadem redemptio, ipsa vivente, si ita ipsi N. et amicis ejus complacuerit, fieri. Quod si in aliquo pactiois ipsius contrarii fuerint, ipsa de rebus suis ordinandis potestatem habeat. Sic autem hæc cuncta tradidit, ut omnia et filio ipsius N. et ejus procreationi, et prædicto monasterio in agris, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus et omnibus ædificiis ac mancipiis, atque universa suppellectili, nisi tantum quod mancipia quæ jugiter in domo illius consistunt, et ipsi specialiter serviunt, extra hanc traditionem relinquere decrevit, donec Deus illi insinuare dignatus fuerit quid de istis secundum voluntatem ipsius et utilitatem suam facere debeat. Hæc conditio primum placita et facta est in N. feria iv, vii Kalend. Octobris coram N. seniore comite, et subscriptis

proceribus ac plebeis, atque roborata est in N., v die Kalendar. earundem, feria in, coram N. comite juniore et multitudine procerum ac popularium, quorum hic pauci admodum sunt adnotati. Signum S. episcopi et abbatis et advocati ejus N., qui hanc precariam fieri decreverunt. Signum a dec., sacr., præpositi, port., hospit., cell., cam. signum et aliorum testium qui ibi præsentibus fuerunt. Signum illud et illud. Ego itaque N. notavi dies supra scriptos. Annum N. comitem finis cartæ precariæ.

### III. b *Walafridi abbatis Augiensis cœnobii comparatio de mundanis et ecclesiasticis dogmatibus.*

Sicut Augusti Romanorum totius orbis monarchiam tenuisse ferunt, ita summus pontifex in sede Romana vicem beati Petri gerens, totius Ecclesiæ apice sublimatur. De quo Sardicensi concilio statuitur, cunctorum statuta ad eum referri debere: idque observandum quod ipse staverit. Sicut vero summus sæculi status aut principatus, non tantum apud Romanos, verum etiam apud aliarum partium gentes fuit, ita et aliæ Ecclesiæ dignitati sedis apostolicæ et Romanæ consociantur. Idem Antiochensis in Asia, Alexandrinus in Africa. In concilio enim Nicæno harum trium privilegium Ecclesiarum cæteris omnibus anteferendum ostenditur. Sed potest trium locorum eminentia ad unam dignitatem referri, quia in duobus horum Petrus ipse sedit, et cum nihilominus idem Alexandrinam, per Marcum filium suum et Evangelium quod ex ore ejus ipse Marcus descriperat, suam effecerat sedem; similiter intelligentium de principalibus sæculi; quod quamvis in diversis orbis partibus per tempora sua fulserint, tamen ad jus Romanum, quasi unum apicem, postremo omnes relati sunt. Comparetur ergo papa Romanus Augustis et Cæsaribus; patriarchæ vero patriciis, qui primi post Cæsares in imperiis fuisse videntur: ita et isti qui satis pauci sunt, primi post trium sedium præses habentur. Deinde archiepiscopos, qui ipsis metropolitanis præminent regibus conferamus. Hoc est furiolanum, Lugdunensem, Mogontiacensem. Metropolitanos autem ducibus comparamus, quia sicut duces singularum sunt provinciarum, ita et in singulis provinciis illi singuli ponuntur. Unde et in Calcedonensi concilio jubetur ne una provincia in duos metropolitanos dividatur. Quod comites et præfecti in sæculo, hoc episcopi cæteri in Ecclesia explent. Ferunt enim in Orientis partibus per singulas urbes et præfecturas singulas esse episcoporum gubernationes. Sicut tribuni militibus præerant, in abbates monachis athletis spiritualibus præesse noscuntur. Quemadmodum sunt in patitiis prætores et comites patatii, qui secularium causas ventilant, ita sunt et illi quos summos capellanos Franci appellant clericorum causis prælati. Capellani minores ita sunt sicut hi quos vassos dominicos Gallica consuetudine nominamus. Dicti sunt autem primitus a capellani a cappa beati Martini, quam reges Francorum ob adiutorium victoriæ in præliis solebant habere secum, quam ferentes et custodientes cum cæteris sanctorum reliquiis clerici capellani cœperunt vocari. Porro sicut comites quidam missos suos præponunt popularibus, qui minores causas determinent, ipsis majora reservent; ita quidam episcopi chorepiscopus habent, qui in rebus sibi congruentibus, quæ injunguntur efficiant. Centenarii, qui et centuriones, et vicarii qui per pagos statuti sunt, presbyteris plebei, qui baptismates ecclesias tenent, et minoribus præsuunt presbyteris, conferri queunt. Decuriones et decani, qui sub ipsis vicariis quædam minora exercent, minoribus presbyteris titularum possunt comparari. Sub ipsis minoribus centenariorum sunt adhuc minores, qui col-

lectarii, quaterniones et dumviri possunt appellari, quia colligunt populum, et ipso numero ostendunt se decanis esse minores. Sunt autem ipsa vocabula ab antiquitate mutata, in qua officia prælatorum dicebantur ex numero subjectorum, ut sunt chiliarchi Græcis, Latinis millenarii, centenarii et centuriones, pentepentarchi et quinquagenarii, decani et centuriones, quaterniones, dumviri. Ad horum, id est minorum, similitudinem sunt diaconi, subdiaconi, presbyterorum adiutores in verbo, baptismo et quotidiano officio. Sunt etiam archipresbyteri in episcopis canonicorum curam gerentes. Habent et potentes sæculi consiliarios in domesticis, et liberorum pedagogos suorum, habent ipsi procuratores rei familiaris. Similiter in quibusdam ecclesiis ad archidiaconos familiæ respicit gubernatio. Sunt in secularibus questionarii, qui reos examinant; sunt in Ecclesia exorcistæ dæmonum exsutores. Habent potentium janitores, habet et domus Dei hostiarios. Habet mundos veredarios, commentarienses, ludorum exhibitores, carminum pompaticos relatores, habet Ecclesia accolytos, lectores, cantores atque psalmistas. Cæterum ex utriusque ordinis conjunctione et dilectione una domus Dei construitur, unum corpus Christi efficitur, cunctis membris officiorum suorum fructus mutæ utilitati conferentibus, quemadmodum oculi in sapientibus qui veram lucem et percipiunt et insipientibus: os in doctoribus, auris in benevolis auditoribus, nasus in discretionis amatoribus, manus in operatoribus, pedes in profligentibus, venter in contentibus, humeri in laborum tolerantibus, et cætera in cæteris, ut non sit schisma in corpore; sed si gloriatur unum membrum, congaudeant omnia membra; tristatur unum, cuncta condolent. Ita convenientia eo usque tenenda est, donec occurramus omnes in virum perfectum, ut sit Deus omnia in omnibus. Amen.

### IV. *Carta regalis manumissionis.*

In nomine sanctæ et individue Trinitatis K. divina favente gratia imperator. Notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, nostrisquæ præsentibus, scilicet et futuris qualiter fideles nostri illi et illi tradiderunt duo mancipia sua propria N. ad monasterium novum puellarem in Brixia per manus advocati ejusdem monasterii N., et concambiaverunt inde quemdam servum N. ut eum ob mercedis nostre augmentum liberum dimitteremus. Nos vero manu propria nostra executentes de manu supra dicti N. denarium et numerum et argentum et aureum et dragmam et sestertium et minam secundum legem Salicam eum liberum dimisimus, et ab omni jugo servitutis absolvimus, ejusque absolutionem per præsentem auctoritatem nostram confirmavimus, atque nostris et futuris temporibus firmiter et quam inviolabiliter mansuram esse volumus. Præcipientes ergo præcipimus, ut sicut reliqui manumissi, qui per hujusmodi titulum absolutum a regibus et imperatoribus Francorum noscuntur esse ingentium relaxati, ita deinceps memoratus N. per hoc nostræ auctoritatis præceptum nullo inquietante, sed Domino auxiliante, perpetuis temporibus debeat permanere ingenuus atque securus. Et ut hæc auctoritas absolutionis nostræ incorruptivam obtineat firmitatem, annuli nostri impressione subsignari eam jussimus. Data vii Kalend. Julii anno quinto, per mortem patris sui Illudici in Francia, Alamania, secundo regni ejus in Burgundia, imperatoris vero dignitatis et apostolicæ benedictionis primo. Ego N. notarius et exceptor ad vicem N. Archidiaconiensi recogno (sic). Feci.

<sup>a</sup> Decani, sacristæ, portarii, hospitalarii, cellerarii, camerarii.

<sup>b</sup> Ex libro Walafridi Strabonis de Exordiis reum

ecclesiasticarum, c. 31.

<sup>c</sup> Vide Gloss. med. Lat. in *Capellanus*.

V. *Carta exemptionis mansi cujusdam a tributis, vectigalibus, operibus et araturis.*

In nomine Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi K. divina ordinante providentia triumphator et imperator Augustus, omnibus comitibus partibus Alemannicæ, seu successoribus atque junioribus vestris, et omnibus fidelibus nostris, notum sit. Quia placuit nobis pro remedio animæ nostræ et æternæ retributionis fructu, monasterio et episcopo N. illi et illi quod situm est in pago N. ubi illi, et illæ venerabilis abbas et episcopus præest et congregationi ipsius monasterii quemdam censum desuper scriptis monasteriis qui partibus comitum exire solebant, salva tamen functione quæ tam ex tributo seu vectigalibus et alia qualihet re partibus palatii nostri venire debet, per hanc nostram auctoritatem concedere, et propterea has nostræ præceptionis litteras prædicto monasterio ejusque congregationi fieri jussimus, per quas omnibus vobis præcipimus ut de monasteriis denominatis, hoc est in comitia N. indurg.... in centuria illa, in loco qui dicitur N., juxta villam nostram N., de hoba illa et illa in eodem pago in centuria N., in loco qui et ipse N. nuncupatur, qui est juxta N. baptismalem ecclesiam, de manso illo et illo et in eadem comitia in parte orientali in centuria N., in loco qui æque N. vocatur, et est juxta Constantinensem ecclesiam. De manso illo, et illius nullum tributum, aut vectigal, aut opera, aut araturas, aut alias quaslibet functiones exigere, aut exactare præsumetis, sed sicut in nostra elemosina concessimus, ita perpetuo maneat. Reliqua ut supra.

VI. *Carta qua rex concedit parochiæ jus eligendi episcopi.*

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis, H. L. rex Germanicæ. Si erga loca ab anterioribus nostris divino cultui mancipata, et servos Dei in eisdem commanentes, liberalitas nostra aliquid beneficiorum contulerit, mercedem nobis ob hoc a Deo credimus rependam, et prolem nostram post nos feliciter regnaturam. Et idcirco omnes fideles nostri et filiorum nostrorum præsentis scilicet et futuri cognoscant quod venerabilis vir N. illius Ecclesiæ presul precibus, quibus ausus est, serenitati suggestit quod canonici et familia ipsius Ecclesiæ, sed et alii clerici et cunctus populus ejusdem dioceseos, nimium solliciti essent et suspecti, quisnam illis ad cuius gentis per se episcopus ordinaretur, timentes videlicet, ne si ignotus ignotis, et etiam alterius linguæ, diversorumque morum superponeretur, eis nequaquam convenire potuisset. Cujus suggestioni assensum nostræ pietatis accommodantes, et Christianæ plebis utilitati prospicientes, per auctoritatem nostræ potestatis eidem Ecclesiæ hoc pacto in eodem clero, et etiam in ipsa parochia jus sibi eligendi episcopum in elemosinam nostram concessimus. Ideo si inter ipsos canonicos ingenui et nobiles homines divina auctoritatis eloquiis, et synodaliū decretorum constitutis instructi, et bonis moribus adornati fuerint inventi, per consensum sacrorum ordinum et natu majorum nobilium Laicorum qui dignus ex eis electus fuerit, ad nostræ serenitatis deducatur aspectum, ut per nostram comprobationem clericis et monachis et omni populo acceptus et honorabilis habeatur. Quod si inter eos talis inventi nequiverit, sed Dei gratia monasteria in eadem diocesi nobilibus et eruditis viris referat, inde dignum et industrium Ecclesiæ rectorem inveniētes, nostro conspectui perducant eligendum, ut per nos archiepiscopo commendatus, officii sui auctoritatem per nostram obtineat potestatem. Si hoc noluerint, de tota parochia unum quemlibet clericum natilibus et doctrina pollentem cum consensu populi eligentes nobis videndum et comprobandum præsentantes petitionem suam apud clementiam nostram se obtinere confidant. Si vero, quod absit, personam servili jugo notabilem, et publicis

exactionibus debitam, aut etiam vitiis suis consentaneam, et ipsi sine populo eligere, et nobis atque idoneis parochiæ testibus assignare præsumperint, liceat nobis potestate regia uti, et juxta scientiam nobis divinitus concessam, Ecclesiæ Dei dignum constituere sacerdotem, qui et Ecclesiam canonicè sciatur dirigere, et ad nostram obsequiam et obsequium per ætatis et industriæ commoditatem sufficiat occurrere, quod etiam cæteri si perveniant ad episcopium, sibi noverint subeundum. Ut autem hæc concessio nostra firmitatis suæ diuturnum obtinere possit vigorem, placuit nobis eam propria manu corroborare, et anuli nostri impressione munire. Signum K. serenissimi regis in Orientali Francia. Data Kalend. Maii, anno imperii ejus v. Actum Regno curie publica, in regno Bajoriorum, anno ab incarnatione Domini quacunque, indictione quavis.

VII. *Carta qua rex concedit Ecclesiæ curiam seu fiscum juris proprii et regalis.*

In nomine Dei et Domini nostri Jesu Christi K. divina favente clementia rex. Quicquid ad loca sancta impendiorum conferra curaverimus, Deum nobis pro hoc remuneratorem promereri confidimus; et ideo fideles nostros scire volumus quod ille venerabilis episcopus Ecclesiæ illius per familiæ virtutibus nostræ pietatem nostram flagitare confusus est, ut pro elemosina nostra, et augustissimorum progenitorum nostrorum quemdam fiscum regalem possessionum qui N. dicitur ad eandem ecclesiam et ad clerum sustinendum [*Leg. sustentandum*] et peregrinos, et ad peregrinos suscipiendos concedere dignaremur, et eosdem intercessores affabilitati nostræ conquestus ipsius ecclesiæ reclus valde tenuissimas esse, de quibus et nostræ sublimitatis obsequio et suo ministerio satisfacere nequiret. Rationabili igitur ejus petitioni assensum nostræ largitatis accommodantes, concessimus ad ipsum titulum pastorem curtem seu fiscum juris proprii et regalis in illo et illo loco, tanta nostræ potestatis auctoritate, ut sicut usque nunc eadem possessiones ad nos tantum et nostros ministeriales aspectabant, ita ex hoc ad episcopum loci ipsius et ad eos tantum quibus illo curam earundem rerum commiserit pertinere debeant, et nullus dux, aut comes, nec quilibet superioris aut inferioris ordinis iudex sive missus in eodem loco nec in omnibus ad eum pertinentibus, et mansiones sibi parare aut invadere, aut pastum jumentis suis aut suorum diripere, aut inde veredos aut veredaris exigere, aut ibi conilium congregare, aut aliquid ex eisdem locis suo juri vindicare, absque tunc temporis episcopi consensu præsumere audeat, usque ad nostram præsentem audientiam et didicationem. Et quisquis de vicinis ex sua hæreditate ad eundem sanctum locum tradiderit, hoc ipsum eidem immunitatis tuitioni subjaceat. Et ut hæc largitatis nostræ constitutio firmum a posteris suæ perfectionis tenorem obtinere valeat, manu propria eam insignire volumus, et nostræ imaginis anulo consignari præcipimus. Signum K. serenissimi Augusti rectoris Francorum, Sueviorum, Bajoriorum, Turingorum, Saxonum, domitorisque barbararum nationum. Ego N. ad vocem N. archicapelani sic recogno fieri. Data Kl. Aug. anno et ind. ut supra.

VIII. *Carta qua rex concedit monasterio jus eligendi abbatis.*

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. N. divina largiente clementia imperator Augustus. Notum sit omnibus fidelibus nostris quod vir reverentissimus N. abbas cœnobii qui dicitur N. et est constructum in honore sancti Martyris N., detulit nobis quoddam gloriosissimi genitoris nostri Ill. imperatoris præceptum, in quo continebatur qualiter idem monasterium ab antiquis temporibus a regibus potestatem ac privilegium haberet, ut ipsi fratres inter se abbatem eligerent, et nulli hominum subjecti

terent, præter in eo solum, episcopo suo  
 ut quod ad ecclesiasticam disciplinam perti-  
 delicet ordinationem accipiendi, et si qua  
 ntra canonicam auctoritatem commissa fue-  
 rrigendi, donec quibusdam machinationibus,  
 irruptionibus apud avum nostrum N. R. M.  
 nis ipsi ecclesiæ idem monasterium subfuga-  
 inde in eodem præcepto domini et Patris nos-  
 ræ recordationis Piissimi hæc continebantur.  
 r ipse per suæ potestatis auctoritatem eidem  
 erio firmiter privilegium concessisset, quam  
 habere dinoscatur. Cujus constitutionem  
 etiam auctoritate renovare ab ejusdem abba-  
 recessoribus implorati præcipimus atque con-  
 us, ut idem sacer locus nostræ immunitatis  
 subjectus a cæterorum hominum dominatione  
 etium sit absolutus: et nullus episcopus, nul-  
 les, nec eorum missus, in ejusdem monasterii  
 locibus absque petitione et consensu abbatis  
 concilium congregare et mansiones sibi para-  
 l ipsum monasterium, siquando cum rationali  
 ve necessitas itineris pertraxerit, cum multi-  
 hominum et exercitu venire præsumat, sed  
 e et decenter sicut sancta loca decet adire,  
 as superioris aut inferioris ordinis iudex ali-  
 i eisdem cœnobii possessionibus, quas modo  
 r obtinet et postea vindicaverit et acceperit  
 i sine publico mallo vindicare audeat: nec  
 liquid auferre, aut homines ejus loci servos  
 annos ad justum aliquid concilium et neces-  
 diaringere, aut freda et parafreda exigere,  
 los nostros seu suos aut cujuslibet in omnibus  
 is imponere præsumat, absque nostra, si ta-  
 res postulaverit, jussione. Et quodcumque  
 sui nunc, et ejus successores divina vocatione  
 mundo decesserint, quandiu tales inter eos  
 fuerint qui ipsum monasterium secundum  
 i sancti Benedicti bene regerent, et ad no-  
 renitatis obsequium sint idonei, cum Dei vo-  
 et nostra auctoritate unanimo et salubri con-  
 lligant sibi abbatem, quem nullus propter ali-  
 ausam despiciere et abjicere debeat. Et si  
 lo prius, alii de medijs, quidam etiam de  
 s, ad nostram præsentiam ipsum electum  
 it, ut per eos cæterorum omnium voluntas  
 ns, eum illi abbatem præficiant sub spirituali  
 e, unanimes habitantes in domo, statum re-  
 tri et pacem totius Ecclesiæ semper impetra-  
 bus devotis insistant; hoc proculdubio scien-  
 si querelosi aut contradiceres inventi fue-  
 rem de capellanis aut episcopis, seu vassallis  
 item eis superimponam, qui aut eorum com-  
 edomet, aut si etiam sic corrigi noluerint,  
 mit, ex meo illis præcepto ad exemplum  
 ait in omnem ventum dispergam et dispergat.  
 ut supra.

*de institutione monasterii a rege sub ejus et epi-  
 scopi jurisdictione.*

us divina ordinante clementia rex. Quia sicut  
 atrum nostrorum successores, ita etiam reli-  
 giorum hæredes esse cupimus. Ideo quemdam  
 quo ex multo jam tempore plurimæ sanc-  
 eliquæ continebantur, et laudes Dei a reli-  
 omnibus celebrabantur, nostra auctoritate  
 rium, imo cœnobium esse decernimus, et  
 i eidem loco venerabilem virum N. præfici-  
 secundum regulam sancti Benedicti eum  
 rdinare, nobiles et religiosos homines illic  
 ando, orationibus, lectionibus, operi ma-  
 gulariter insistendo, congrua monachis ha-  
 cōstruendo, res ejusdem Ecclesiæ contra  
 los et occultos adversarios per nostrum et  
 nostrorum favorem defendendo, ut servi  
 i ibidem congregantur, victus et vestitus  
 ita potentes, die noctuque Dei laudibus et  
 pro nobis et pro omni populo Christiano

A ex tempore in tempus insistere sufficient, et nullus  
 in regno nostro qui gratia nostra uti desiderat, eis  
 aliquam inquietudinem, aut oppressionem, aut dir-  
 eptionem inferre præsumat; et sint immunes ab om-  
 nium hominum potestate, nisi nostra et episcopi in  
 cujus parrochia sita sunt, cui tantum canonicæ, non  
 autem serviliter, se obtemperare debere noverint.  
 Quæ constitutio ut per generationum successiones  
 illibata perduret, propria manu eam communitre, et  
 anuli nostri impressione libuit roborare. Actum in  
 castrum Tri.

X. *Carta excambii seu permutationis inter regem et vas-  
 sallum hobarum jure hæreditario possidentarum.*

K. ex Dei constitutione et antiquorum regum pro-  
 pagatione rex Alemanniæ. Scire volo omnes in regno  
 nostro degentes quia cunctis juste et pie vivere cu-  
 pientibus paternum affectum exhibere desidero, et  
 idcirco cuidam N. vassallo fidelis nostri N. petitioni-  
 bus annuentes concedimus ei in proprietatem quem-  
 dam locum proprii juris nostri, ad quæ pertinent  
 hobæ numero, quia ipsa possessio paternæ ipsius  
 hæreditati conigua est. Et ut hæc constitutio firmi-  
 permaneat, placuit nobis hoc conscriptum nostræ  
 auctoritatis ei facere, ut per generationum succes-  
 siones ipse et posteritas ejus easdem res quasi hære-  
 ditario jure possideant, et nullus ministerialis et  
 procurator reipublicæ eidem homini de ipsis rebus  
 aliquam molestiam per qualemcumque machinationem  
 audeat inferre, ne populus noster per malignorum  
 hominum occulta et nobis incognita molimina abhor-  
 rescat a nobis. Pro qua supra dicta possessione, ac-  
 cepimus ab eodem homine in loco qui dicitur ille et  
 ille qui est juxta villam regiam quæ dicitur N. hobas  
 N., ut eadem possessio solis regibus hæreditario jure  
 subjecta sit in perpetuum, et nullus de pagensibus  
 ibi aliquid commune habeat, nisi forte precario.  
 Et ne fortassis eidem homini timor aliquis et sus-  
 picio rerum suarum perendi remaneat, placuit nobis  
 hanc conscriptionem per nos roborare, et bulla  
 nostra sigillare debere. Actum in Rotwila curte  
 regali. Signum K. clementissimi R. data die illa.  
 Ego itaque signum ad vicem V. archicapellani recon-  
 guovi.

XI. *Epistola commendatitia formata episcopo in favo-  
 rem sacerdotis de sua diocesi in aliam transcurtis.*

Summæ sanctitatis, scientiæ, pietatis et ordinis  
 culmine sublimate domino Y. dignitatis episcopalis,  
 infimus N. pastor Ecclesiæ C. salutis et prosperitatis  
 augmentum et futuræ vitæ gaudium sempiternum.  
 Iste juvenculus sectator fidei N. α. id est confessor  
 æqualitatis et cœternitatis. N. et Y. a. nomine. a.  
 m. ccc. lxxii. Ex multo jam præcedente tempore pusil-  
 litatem nostram inquietare non cessat, ut ad vestra  
 dominationis dulcedinem eum dirigere debeam, qua-  
 tenus apud vestram sapientiam aliquid e multis  
 ediscere possit, quo ad ministerium cui deputatus  
 D est quantulumcumque proficiens, vitam suam in ordine  
 sacerdotali seu levitico transigere usquequaque non  
 existat indignus. Opinio quippe omnimodarum vir-  
 tutum in nobis redolentium, more redolentium ara-  
 matum et fragrantissimorum, ita omnium animos  
 oblectare dinoscitur, ut nec proximi ob desiderio  
 nimitatem ea satiari, nec longinqui propter odoris  
 magnitudinem ea possint privari. Quapropter et ego  
 hujus pueri voluntatem divinitus existimans inspira-  
 tam, N. nec non simul et ejus pendens indolentiam  
 N. et tantum in tali ætate ingenium insuper et infan-  
 tiam in optinis studiis tritam, nefas putavi ejus bono  
 desiderio abnuere, et non ad vestram clementiam  
 aliquid pro ejus commendatione scribere. Quod etiam  
 me non rogatum oportuisset facere, præsertim cum  
 dominationem vestram me et omnes ad me pertinen-  
 tes indulgentius semper habuisse certissimo experi-  
 mento probaverim. Nunc ergo puerum istum, viscera  
 mea, filium consobrinæ meæ, solam et maximam ca-

ram meam commendando, quibus estis plenissimi visceribus misericordiae vestrae, ut vestram vitam et vos primis miretur ab annis, mansuetudinem vigore decoratam, doctrinam operibus commendatam, austeritatem dulcedine temperatam, taciturnitatem modestam, locutionem utilem et necessariam, victus et somni parcitatem, mediocritatem vestitus, jejuniarum et orationum per dies et noctes instantiam, largitionem elemosynarum, susceptionem hospitem, solamen lugentium, peregrinis et egenis et egenibus plebibus et clero, monachis et virginibus, viduis et orphanis, comitibus et regiis, servis et liberis, conjugibus et continentibus, medicis et maxime, Judaeis et Gentilibus, vos unum omnia perdiscat effectum. Quod si aliquid apud vos, ubi omnes proficiunt, doctrinae morumque profectus Deo largiente ceperit, debitorem Christum vobis de eo facitis, qui eum talem educaveritis, ut non solum sibi, sed et aliis possit utilitatis fieri. Priorem autem ejus vitam vestrae sapientiae absque furo manifestare curamus. A sanctae recordationis avunculo meo S. episcopo detonsus in clericum, mox apud monasterium Sancti Galli cuidam religiosissimo omnique vigore et industria plenissimo viro commendatus sub arctissima disciplina et custodia, litterarum studiis monasterialibusque insistentis rudentis, vitam suam, ut credo, spero et confido, adjutus gratia Dei, hactenus servavit illaenam. Juxta illud sapientissimi Salomonis, futurae illius viae ignari, commendamus eum Deo et verbo gratiae ejus, qui potens est edificare illum, et dare hereditatem in sanctificationibus, ut sub vestra custodela semen doctrinae Christi in eo coalescat, antequam inimicus ei zizaniam superinspergat, quod, heu! proh dolor! quotidie in omni loco dormientibus agricolis agere persistit infestus. Vos autem ad custodiam gregis sui, ad correctionem totius Germaniae, ad consolationem omnis Ecclesiae, vigiliis, orationibus omnique diligentem insistentem, sancta Trinitas diu conservare, et ad perpetuum remunerationem perducere dignetur. L. XL. VIII. L. Scripta est epistola haec anno praesenti, indictione XII. M. CCC. LXIII.

XII. *Alia brevior pro diacono ad sacerdotium promovendo.*

N. Sanctae N. Ecclesiae pastor dilectissimo et sanctissimo fratri et consacerdoti N. Florentino episcopo, in Domino salutem. Charitas vestra scire dignetur quod praesens frater noster, medicis apud nos natalibus ortus, optimis autem moribus et sacris litteris apprime institutus, a quodam cognato suo in vestram dioecesim venire persuasus, postulavit a pusillitate nostra ut pro se aliquid ad dulcedinem vestram scribere curarem; cujus petitioni annuentes, et paupertati consulentes, commendamus eum sanctitati vestrae, ut apud vos vitam suam in diaconi gradu ducere debeat, usquequo ejus conversatione vobis et vestris agnita et probata, ad sacerdotii gradum in elemosynam vestram promoveri mereatur. Vitam ejus priorem, Deo teste, sine furo vobis intimavimus. Amator erat jejuniarum et vigiliarum, et idcirco castitatis perpetuus custos, assiduus ecclesiarum visitator, et charitatis in Deum et proximum indefessus executor. Vale.

XIII. *Epistola suffraganei ad metropolitanum de consecrando episcopo a rege designato.*

Domino et Patri S. Visocensis Ecclesiae pontifici C. indigno episcopo Ecclesiae, C. a Deo II. et Y. et A. per intercessionem beati II. a. gratiae et misericordiae pacisque abundantiam. Sublimitas vestra scire dignetur quia dominus noster K. rex, comperto recessu fratris nostri N. Losaniensis episcopi, cuiusdam clerico suo eandem sedem tradere decrevit, pro quo mihi praecipit ut ex ministerio meo et consensu fratrum nostrorum ad sanctitatem vestram juxta canonum decreta scriberemus. Quod Dei gratia oppor-

tune contigit; nam quando nobis eadem domini regis epistola praesentata est, numerosam synodum collectam habuimus, quibus cum ipsam breviculam legi fecissemus, maximo sunt omnes gaudio repleti, quod tanti apud illum sumus habiti, ut ex nobis aliquos summo sacerdotio non existimaret indignos. Commendamus ergo hunc fratrem nostrum nomine N. religiositati vestrae, nihil extra dicentes quam quod verum comperimus et scimus. Undique nobiliter genitus, moraliter emittis, liberaliter instructus, in omni vita sua sine querela conversatus, ab anterioribus meis archiepiscopis ministerio suscepto, cum anni diligentia plebem sibi commissam regere curavit; cunctorum virtutum osorem, et omnium virtutum eum novimus amatorem, pauperum et peregrinorum in eo susceptionem et omnibus hospitalitatem; adeo cuncti scire et laudare consueverunt, ut hanc ipsam dignitatem, quam nunc suscepturus est, non per aliquam ambitionem et machinationem, sive etiam subintroductam aut submissam personam, sed per solum hospitalitatis bonum, Deo benignitati ejus vicem reddente, meruerit. Nam cum quodam in tempore dominus noster K. adhuc juvenis per flagrantissimum aestum ad nocturnam mansionem sibi praeparatam festinaret, et propter angustiam temporum per totam diem non habens quo diverteret, juxta possessionem ejusdem presbyteri itineris recitudo perveniens, devotissime ab eo susceptus et regaliter honoratus est; cui decedens promisit, quia si aliquando sibi facultas succederet, hoc ei praedium recompensaret. Nunc ergo ei, quem Deus ut credimus elegit, officii vestri munus impendere dignamini: dulcissimam paternitatem vestram et Ecclesiam sanctitati vestrae commissam et omnes suffraganeos vestros cum gregibus suae curae commendatis ad laudem et gloriam nominis Domini Deus omnipotens conservare dignetur. Amen. Scripta est autem haec epistola anno praesenti, indict. XII. M. CLXIII.

XIV. *Epistola HI. regis Francorum III. Galliarum Aquitaniae et Hispaniae regi, de amicitia et pace servanda, et ut munera gratia habeat.*

Dilectissimo fratri et unanimo amico gloriosissimo Galliarum, Aquitaniae et Hispaniae regi Hludovico cognominis vestri III. Rex Francorum, gratias vobis et pacem atque victoriam de caelo vobis subministrantur. Obsecro, frater charissime, sanguis et ossa mea patris animae meae, nomen meum, ut postpositis vel potius explosis et annullatis simultatibus et inimicitibus, quas inter patrem vestrum et nostrum cupidi et perversissimi homines seminare gauderant, Christiano et cognato amore nos invicem diligere, et alter alteri domi militiaeque fidi et pacati esse curemus, ne quisquam tertius nos duos, nisi unum, se invenire tripudiet: et ita fit ut nec nostri de nostra dissensione et inordinatione gloriae et dignitates aucupentur, nec adversarii et extranei de regni nostri defectu et casu gloriantur. Ut autem foedus inter nos conditum permaneat firmum, mittimus vobis pro arrabone equum viribus et velocitate, non saturo et caribus, probabilem, et sellam qualem nos insidere solemus, ut nos fortitudine et utilitate, non luxu et inanitate, delectari noveritis. Mittimus etiam cortinam praestantissimam, qua in palatio vestro tempore consilii pro signo dilectionis nostrae suspensa omnia maledicorum seminaria contabescant, dum et meam apud vos devotionem hoc munere, et vestram erga nos affectionem ipsa viderint et extimuerint ostentatione. Et ut de vitae vestrae diuturnitate nos sollicitos esse noveritis, dirigimus vobis aromata et unguenta et pigmenta medicabilia, quorum odore, delibatione et sapore delectati, diu vivere et nos diligere firmiter et jure debeatis.

XV. *Epistola de tundendis capillis et cuculla monachorum.*

Uterinis fratribus Adopulus frater in Salvatore

salutem. Rem miraculo dignam, immo portemibi præcipitis, ut barbuis, edentulus et ideo et, ut verius dicam, semiblaterator surdastris et potius insensatis cantare, seu ludere, mentari debeim: quod contra possibilitatem clementiam meam incipio, qui vobis quicquam re nequeo. Vos autem et mihi et vobis in hoc re, ut ad invidiam nostram hoc neini pro-

Quidquid ab anterioribus nostris accepimus ulla retractione et discussione suscipere et lebemus, quia, ut Cassianus ait, et qui a discipulis discere, nunquam ad perfectum pervel quia ita se humanum habet ingenium, ut esimum et execrabile priorum terrigenarum um, omnia cupiunt experimento probare, non do servare, quantum scientia suppetit, cona- is aperire quam necessario et clericis tonsura achis sint indicta cuculla. Et quidem de ton- uæ clero et cœnobiiis et cunctis altaris mini- arinaris duntaxat, est communis, hoc nobis e debet quod Patres nostri Petrum apostolum ordinationem et imitationem spineæ coronæ, imino ab illudentibus est imposita, summum tis demidare, et infra ad similitudinem cor- otillos sibi relinquere tradiderunt, et exinde i qui ad sacerdotium peringere cuperent, eo on solum rebus suis, sed etiam sibi ipsis se re debere. Et quidem hoc nobis magnum est, Veteri Testimonio et lege præter summum em et ejus tantum filios, omnes levitæ non capillos, sed et omnes pilos corporis sint ra- cepti, donec Ezechiel propheta summusque x in portentum populi concidendi, cremandi rrgendi capillos et barbam radere, et ex eis remare, partemque concidere, et partem in ventum dispergere jussus est: qui etiam hoc dato accepit, ut sacerdotes capita non rade- ed tonderent, quia in altero aliquid miseræ lionis, in altero nihil est, nisi profundae humi- quod apparet in his qui tondentur ad palum: is beatissimus papa Gregorius in explanatione n sententiæ non ita videatur intellexisse, sed immodo tonderi, ut non impedirentur oculi. i ita est, quid licet de mandato legis, quæ di- atondetis vos in rotundum, et causa additur, meti estis Domino. Quod quem intellectum, istoriam, habeat, non literis commendandum, tra consuetudinem nostratium aliquid sentire ur. Sed forte de sacerdotibus in Ezechielo ita intelligi jussim, ut supra oculos se tantum ant, sicut adhuc Græci faciunt sacerdotes, cum ti, et juxta Anastasium, totum caput usque ad radant his et semel in anno, vel juxta primos n professionis viros Etiam prophetam, Joan- ptistam, Paulum solitarium, Antonium, eum- choretam ecclesiarumque doctorem, et ipso- iscoporum magistrum naturali tegmine dele- o gratiarum actione Creatori capillis et barba non graventur, quorum etiam Antonius hoc quia quidquid naturæ meliorandæ decorandæ- utrabitur, hoc est ad turpitudinem ipsius et ad m Creatoris redundat. Iluc accedit quod no- comparandæ, temperandæ, ipsunque caput iam in frigore et calore miseriam et calum- fecalvandum sit, ipsæque horæ quibus hæc antur et aguntur pereant, nisi diligenter no- et observetis, cur hoc genus tonaturæ, immo , in his sit provinciis usurpatum, et potius pro usceptum: licet Parnus et Stephanus in sua verticem monachos iterato non radere, sed e præcipiant. Porro quam necessario et ton- rasura eadem sit instituta, ex sequentibus ppendit. Licet quidam Petrum et Paulum tonso et derasos, sed naturaliter priorem re- rum asseverare solcant, sequentem in fronti- calvum, quod si ita est, quis tam superbus esse Christianus, ut non libenter pro Christi

A nomine contumeliam subeat, qua primos apostolos insignitos esse non diffidit? quin potius hinc discat in alia vita honorem inquirere, cum amicos suos in hac vita capillorum didicerit honore privare. Si autem Petrus non naturaliter calvus, sed rasorio creditur decalvatus, ut contumeliæ crucis Christi participaretur, merito quaeritur cur sibi coronam, tollendo comam, non torquem imponendo, facere voluerit? Ad quos facilis responsio patet. Primum quia si juxta Dominum spinea sacerdotibus imponeretur corona, non semper ea possent uti, et præcipue dormientes; si autem viminea et fraxinea et cujuslibet flexibilis ligni seu ceræ, cujuscunque texturæ et metalli, quis nostrum eam pro loco et tempore ut vilem non abjiceret, et pretiosam sibi impneret? et quid esset quod nos a laicis di-pararet? Quod si dixeritis quia vestes, quid est in quo indumenta vestra a laicorum differant vestimentis? nisi quod interdum podere linea, quasi summi sacerdotes, ad altare processuri soleis indui, et purpureis vestibus quasi tribunal ascensuri consuets ornari. Sed quam facile hæc indumenta rejicitis et laica induitis, propter quod calvaria est maxima necessaria, quia hanc celerius capillis obducere non poteritis. Cur autem rasio potius quam tonsio et ipsa frequens a modernis sit episcopis instituta? hoc videtur in causa, ut videatur et diligitur ipsa corona, quæ hujus temporis sacerdotibus est concessa, cum in Veteri Testamento totum caput levitarum sit calvaria deturbatum. Quod vero eadem rasura sæpius est indicta, non ideo fit, ut nos imperfecti putamus, ut pro comarum specie hac ornemur innovatione, sed quia si rarius fieret et capilli aliquantum excrescerent, non sine aliquo scrupulo exoletis absunderentur, vel potius in cincinnos nutrentur, et plures prævaricatores, immo desertores spiritualis militiæ invenirentur. Et hæc quidem in commune de clericis. De monachis, licet ipsi inter se majori flagrent odio quam clerici et laici, specialiter de monachis dicendum, quia nimium indecens est et incongruum ut qui ita vestitus est aliquid seculare desideret, quia quidquid seculares homines diligunt, cucullis indignum judicant et contrarium; nec immerito, quia qui vestem abrenuntiationis quam in baptismo suscept jugiter portare consuevit, mundo se mortuum continue meminisse debet. Delibato ore qualitercunque cantavimus, ludum in ejulatum vertere habemus, quia clerici et monachi habitu quo mundo se renuntiare promittunt, mundi curis et negotiis, immo illecebris omnimodo se implicare contendunt. Lamentationis ignarus mitto te ad libros Hieronymi ad Sabinianum diaconum, et Joannis Chrysostomi ad Stelebrum monachum.

#### XVI. Epistola qua episcopus se erga regem excusat quod non venerit ad conspectum.

Domino præcellentissimo et regi gloriosissimo N. indignus episcopus et fidelis famulus vester N. Clementissima dominatio vestra scire dignetur, quia quod ego tantillus homuncio ad conspectum serenitatis vestræ juxta præceptum dominationis vestræ non veni, maxima infirmitate detentus jussionem vestram implere non potui. Nunc autem suppliciter obsecro ut in hoc misericordiam vestram super me recognoscere possim, si per hunc legatum pusillitati meæ dignamini, quando cum gratia Dei, sanitate recuperata, ad servitium vestrum properare debeam: quia post timorem Conditoris mei, tota intentio mea in hoc laborare debeat et desiderat, ut serenitatem vestram circa me serenam invenire merear. Sicut autem in diebus istis nihil exterioris operis exercere et negotii secularis aut ecclesiastici procurare potui, ita tota ad Deum mente conversus pro incolumitate vestra et conjugis et filiorum, ac pro statu regni vestri Dei misericordiam implorare non cessavi. Parva xeniola, sed peregrina, seu transmarina, quæ modo ad obsequium vestrum pietatem divinam, mihi credo, direxisse, Augustæ dominationi vestræ curavi

destinare. P. illum coloris prasini et aliud polime-  
tum, spatulas palmarum cum suis fructibus, cy-  
namomi, calaugani, carioli, mastice et piperis  
fasciculum, caricæ scorum, malogranata, pectinen  
elephantinum, vermiculos, cicadas, aves psitacos,  
uerulam albam, et longissimam spinam de pisce ma-  
rino. Serenissimam celsitudinem vestram ad mun-  
imen Ecclesiæ omnipotentis Dei misericordia diu  
conservare dignetur.

XVII. *Epistola qua suffraganeus metropolitanum in-  
format de appellatione interposita a sententia sepa-  
rationis laica contra conjuges consanguineos in quarto  
et quinto gradu.*

Summum gradum in Ecclesia summa sanctitate  
promerito Patri et provisorio meo N. humilis suffra-  
ganeus et fidelis obsecrator vester, ac devotus servi-  
tor N. illius Ecclesiæ pastor indignus. Scrutatore  
cordium testem invocato in animam meam, quam in-  
vitus et coactus aliquod sinistri, et quod placiditatem  
vestram turbare valeat, auribus dulcedinis vestræ  
aliquando ingerere præsumo. Sed quia melius est ut  
errata populi nos incusemus et damnare studeamus,  
quam ab ipsis pro nostra negligentia circa illos jure  
forsitan laceremur, notum sit religiositati vestræ  
quia quosdam conjuges quos injure et contra Chris-  
tianæ disciplinæ regulam conjunctos audimus, ad  
nos evocari fecimus, et prout cleri judicium et ipsa  
justitiæ dictavit separari præcepimus. Qui, ut erant  
nobiles, de principibus populi multos sibi complices  
adunantes, tyrannico more, contra ecclesiasticam  
normam, jurata bella susceperunt. Sed nos vigore  
justitiæ contumaciæ illorum opposito, nequaquam  
injustitiæ cedendum putavimus. At illi in majorem  
insaniam versi propter neæ personæ vilitatem, offi-  
cii nostri auctoritatem pro nihilo reputantes, ad  
vestram celsitudinem appellaverunt. Vos autem ad  
quem nos omnes spectare debemus, nolite inaniloquio  
eorum credere, quia notitiam civium suorum inter quos  
degunt evitantes, ad ignota loca se transferre sata-  
gunt, ut ibi mendacia sua vitare præveant. Porro  
ego in fide mea omnia vobis vera narrabo. Cum diœ-  
cesim meam circumirem, deveni ad locum ubi memo-  
rati homines habitabant, et ibi didici a majoribus  
vici illius, quia idem conjuges ita sibi met consanguini-  
tate juncti essent, ut de uno parente in quinta, de  
altero in quarta generatione mutuum ducerent pro-  
pagationem. Quod inquisitione facta et fide cum ju-  
ramento data ita verum esse didici, ut omnes, a  
minimo usque ad maximum, id ita se habere procla-  
marent. Quod si hæc facultas in probis hominibus  
inhibita non fuerit, ut episcopi sui præceptum con-  
temnere non audeant, sicut minores mihi, ita ma-  
jores quique vobis facere incipient, et periclitabitur  
apud dominum apostolicum nostrum ministerium.  
Communibus ergo viribus communes hostes Christi  
debellare studeamus. De cætero, domine Pater, de  
gratia vestra super me subjectionem meam certiorare  
dignemini. Religiositatem vestram ad regimen Eccle-  
siæ suæ Mediator Dei et hominum roborare di-  
gnetur.

XVIII. *Mandatum episcopi archipresbytero pagi de  
forma observanda in triduanis jejunio a regibus pro  
multis necessitatibus ordinato.*

Providentia divina N. Ecclesiæ ille episcopus N.  
archipresbytero pagi illius salutem. Notum sit di-  
lectioni tuæ, quia domini nostri reges, quando nu-  
perime in unum congregati sunt, inter multa quæ  
pie ac salubriter observanda constituerunt, hoc etiam  
decreverunt, ut pro multis necessitatibus triduanum  
jejunium pariter observare deberemus; quod hoc  
modo fieri debet, xiv Kalend. et xiii et xii Kal. Junii,  
pura confessione et pace præmissa jejunent omnes  
usque ad nonam, exceptis qui præ infirmitate et  
infantia aut senio possunt abstinere: et unanimes  
conspirito et humili corde veniant ad ecclesiam, se-

quantur crucem cum litania. Totus populus Kyrie  
eleison clamantes, cinere aspersi et ciliciis induti,  
qui illa possunt invenire. Cæteri quicumque habent  
laneis vestibus induantur ad corpus. Pauperibus et  
non habentibus ipsa sua penuria pro afflictione suffi-  
cit. Discalceati omnes missam in commune auscul-  
tent cum metu et reverentiâ. Presbyteri singulis illis  
diebus missam cantent. Cæteri clerici et omnes qui  
noverint viri ac foeminae L psalmos impleant, obse-  
crantes Conditoris nostri clementiam, ut ab invisibili-  
um hostium insidiis et gentibus variis et gentium  
incurSIONibus Ecclesiam suam defensare, et ipsam  
pace sua, quæ omnem sensum exuperat, interius  
custodire dignetur, ne in sua viscera ipsa consur-  
gere et semet lacerare conetur: diversas pestes et  
morbos ab hominibus et jumentis auferat, aeris  
temperiem tribuat, terram fecundet, fruges ad ma-  
turitatem perducat, fructus arborum multiplicet, ut  
exterioribus necessariis affluentibus cum fide recta,  
spe firma et charitate sincera Deum diligere, et illius  
mandatis inhaerere possimus: et his subsidiis utentes  
in via, ad æterna præmia pervenire mereamur in  
patria. Paucis sicco alantur omnes, et crudis oleribus  
et sale atque pomis; et qui opus habent infusus  
vescantur oleribus, uno vasculo de pura cervisa re-  
foecillentur. Cunctis omnino a carne et pinguedine et  
omni quod ex lacte conficitur. Pisces et ova præter  
infirmitatem nemo præsumat. Similiter vinum et  
omne quod melle dulcioratum est, et unusquisque,  
in quantum poterit, quod sibi subtrahit indigenti  
præbere non differat: quia jejunio innocens acquiritur  
vita, oratione religiosus animus enutritur, elemo-  
syna misericordia, quæ requiritur, invenitur, et  
quod nuper in ministerio tuo semi correctum dereli-  
qui, sicut a te digrediens strenuitati tuæ commen-  
davi. Omnia ad certum finem, prout poteris perdu-  
cere, curato. Vale.

XIX. *Aliud mandatum episcopi congregationi mona-  
chorum de triduanis jejunio observando.*

Ille episcopus sanctissimæ congregationi in honore  
sancti N. coadunatæ salutem. Dilectio vestra noverit  
quod sancta synodus apud urbem N. collecta, finitis  
quæstionibus quæ ex diversis causis emergerunt, sa-  
luberrime decrevit ut omnes Ecclesiarum clerici et  
monachorum catervæ commune jejunium et orationes  
tribus diebus exequerentur, hoc est iv et iii et ii....  
Presbyteri in missas, cæteri clerici psalterium de-  
cantarent, circa nonam horam crucem sequerentur,  
aliments vero consuete uterentur, cætero populo  
propter æstum atque opera foriuseca hoc non indi-  
xerunt. Vale.

XX. *Constantiensis episcopi ad Argentariensem epi-  
stola, qua monet de transitu ad Luxoviense cœno-  
bium, et petit ut mansionem et cuncta sibi necessaria  
et sequentibus suis in vico suæ potestatis præcipiat  
subministrari et exhiberi.*

Dilectissimo Patri et omni laude colendo N. Eccle-  
siæ Argentariensis et Argentariensis pontifici N. hu-  
milis oppidi Constantiensis episcopus. Paternitas  
vestra scire dignetur quod dominus noster rex C. ad  
cœnobium Luxoviense parvitatem meam dirigere  
voluit. Unde peto largitatem vestram ut in vico  
vestræ potestatis Ruvacha, mihi mansionem et ne-  
cessariæ cuncta subministrari; me vero sequentibus  
hospitia et aliquas impensas exhiberi præcipiatis;  
procul dubio scientes quia quodcumque pusillitati  
meæ demandare dignamini, absque omni recrasuna-  
tione perficere curabo. Et si quando juxta nos alicubi  
deveneritis, scitote quia ad vestrum obsequium cum  
omni festinatione occurrere studebo. Sanctitatem  
vestram et gregem vobis commissam continuis ora-  
tionibus Domino commendamus. Idipsum autem ut  
pro Ecclesia fidei nostræ commissa et nostra fragili-  
tate facere dignemini suppliciter imploramus. Vale.

**XXI. Episcopus mandat vicedomino suo ut Nemidomensem episcopum, Romam proficiscentem, honeste excipiat, et necessaria quæ in mandato exprimuntur illi subministret.**

Ille N. gratia Dei episcopus N. vicedomino et fidei suo salutem. Strenuitas tua sciat quia G. Nemidomensis episcopus Romam profecturus unam mansiunculam petiit a me in III Idus Maii, hoc est secunda die sequentis hebdomadæ. Ideoque omni cura provide no quicquam tunc ibidem necessarium ei defuerit, sed omnia sufficienter illi subministres, id est maldræ quatuor de pane, de cervisa carradam unam, triginta situlas de vino, situlas tres friskingas, ovinas quatuor, porcum unum, de lardo dimidium tergam, agnellum unum, porcellum unum, anserem unum, annetas duas, pullos quatuor, et ipsi aliquem piscem si potueris: ligna ad focum, et vasa ad ministerium, plumatia et capitalia ad lectum, de avena trita et ventilata ad pastum cavallorum, maldræ tria et fœnum in pratis et in agris, singulis cavallis vasallorum et servorum illius unum manipulum: et si præ nimia occupatione et gravi damno aliarum rerum poteris, per teipsum illi servire, curato ita ut ad gratiam fiat quod facimus. Et si quando ad ejus loca nos devenire necessitas coegerit, ita eum benefactis anticipatum habeamus, ut jure se nobis vicem debere noverit. Vale.

**XXII. Epistola qua vicedominus procuratorem episcopi in Pollingen monet de adventu alterius episcopi, ut præparet illi ministerium et res quæ in epistola exprimuntur, quam videre est.**

Vicedominus N. episcopi N. procuratori in Pollingen. Unus episcopus debet ad Polligen super XII noctes advenire, et ideo præpara illi ministerium. Vide ubi optimum granum habeas, et para VI maldræ de farina lota, et unum modium de simila. Tolle de XI censariis singulas ovas, et da illis quotidie sal et ventilamina et commixtum mignu, ut tunc bonæ sint. Tolle unum porcum de illo servo quem hoc anno reddere debet, et da illi quotidie sufficienter de sigila et hordeo, et iuebria illum mixtura fursurum seu farinæ, et fac unum agnellum tota matris ubera sugere, similiter et porcellum et unam aucam et duas anetas a cæteris separa, et da illis quotidie abundanter, et sex gallinas et pullos commixta hordecia farina pasce, et sume de servis quibus volueris. Duas fretas de cervisa, et sume sex siclos de vino in cellario episcopi ad Constantiam, et præcipe quatuor servis ut una hebdomada diebus quos indomicum [indomicum] debent, ligna fagina, et cætera optima quotidie adducant, et ova congrega, ut quando ego venero omnia parata inveniam, si eutem et capillos habere volueris. Vale.

**XXIII. Mandatum episcopi procuratori suo ut celeriter perferat epistolam.**

Episcopus procuratori suo N. Accipe epistolam istam, et commenda illam alicui tributariorum nostrorum qui cavallum habet, et præcipe illi, ut nec die, nec nocte quiescat, donec eam ad Tringonilla Majori deferat. Quod si nullus eorum tibi obedierit, in ipse eam illuc defer, et præcipe illi ut diem cum nocte continuando N. eam perferat, et hanc breviculum apertam illi signate c argilla [Korte, signatæ cum argilla], ut tu et socius tuus et ipse N. noverit, quod qui per ejuuscunque vestrum neglectum contigerit, ut ipsa epistola N. episcopo ante istam dominicam non veniat, omnibus meis et gratia mea privabitur. Si autem tibi N. venerit, expec a me in loco, et para mihi hospitium, qua in sequenti hebdomada ad te in illum locum, propitia Divinitate, venire debebo, inde ad Siratoburgam perrecturus. Et strenuem missum dirige, qui ipsam epistolam N. sub omni celeritate repræsentet. Cæteris etiam compresbyteris tuis de meo adventu indica, quia spero

quod Augiensis abbas et comes N. mecum veniant, ut aliqui illis impendere valeam. Vale.

**XXIV. Mandatum metropolitani suffraganeo ut intersit concilio provinciali.**

Sanctæ Moguntiacensis Ecclesiæ præsul fratri et sacerdoti N. in Salvatore mundi salutem. Dilectio tua novit quod a recordatione juventutis tuæ, ut reor, nunquam in nostra diocæsi episcoporum concilium est habitum; et idcirco puto, quin potius metuo, quod in Ecclesiis nostræ pusillitati commissis multa grandia et insanabilia, tum propter suimet enormitatem, tum etiam propter incuriæ et occupationis nostræ diuturnitatem, adeo concreverint, ut aut vix aut certe nequaquam sine magna autoritate aut vigore corrigi valeant. Quapropter ut dicta canonum præcipere nosti, ut non dicam quod ad omnia meis semper fuisti, pridie Nonas Aprilis, ad urbem Moguntiam venire no prætermittas, ita paratus, ut quandiucunque causarum necessitas exposcit, ibi manere pro abundantia sumptuum possis. Et quicunque aliquid gravioris negotii quod supra vires tuas existimas, et nunc et antecessorum tuorum temporibus habuerunt, aut tecum pariter venire, aut seorsum tibi occurrere in loco memorato præcipe, ut ibi omnis eorum controversia finiatur. Vale.

**XXV. Epistola qua excubitor Ecclesiæ archiepiscopo suo diocæsis statum exponit.**

Domino et in Christo Patri. Illi archiepiscopo N. indignus Ecclesiæ N. excubitor. Sanitate dulcedinis vestræ compta, omni gaudio repletus sum. Ad præcepta vestra non solum ea quibus pro autoritate regimini vestri obtemperare subjectionem meam convenit, sed et omnia, quamvis gravia et difficilia, me esse semper paratissimum. Utinam ita probaveritis experimento, sicut ego, memor scilicet beneficiorum et educationis vestræ libentissime vobis ostendere desidero. Obsecro vero ne aures sapientissimi magisterii vestri forsitan offendant, si pietate vestra confusus unam apologiam, immo querimoniam, vobis in-inuare et potius implorare præsumo. Solertissima vestra novit industria quamdiu episcopium mihi commissum ab infirmis et senio defessis hominibus retentum est, adeo ut jam novus annus pene sit exactus, ex quo nullus eorum ipsam parrochiam circuire potuerit, et ego secundo jam anno illam retinens ob perturbationem reipub. causarumque varietates et domini mei regis servitium nisi tantum dimidium pertransire potui. Et licet in illis partibus quas adhuc visitavi, non satis multa præva invenerim, metuo ne illis quas modo adire debeo plurima distorta et incorrigibilia insipientiam meam deprehendere contingat; quæ tamen cum gratia Dei et adjutorio prudentiam virorum aliquantulum ventilare et discutere necessarium puto, antequam ad notitiam vestram et dignitatis vestræ et tantæ synodi tam multa hæc et tam gravia ita incorrecta et indiscussa perveniant, ne in mei peccatoris ministerio plus facinorum et flagitiorum repeririatur, quam in cunctis suffraganeorum vestrorum parrochiis. Ideo supplico mansuetissimæ religiositati vestræ, ut si vestræ benignitati placuerit, per hunc missum vilitati meæ remandare dignemini, si me ab hac professione excusatum habere velitis, donec aliquid eorum quæ minus adhuc correctæ sunt ad norma n justitiæ dirigere queam. Nihil tamen in voluntate mea ponens, vestræ sanctitatis justis impigrum me exhibere studebo. Valete.

**XXVI. Epistola Brixiensis episcopi alteri episcopo, qua rogat ut certiolem faciat quomodo se habeant res inter reges filios Hludovici et consobrinum suum filium K., et de perturbatione Italiæ conqueritur.**

Dilectissimo et religiosissimo consacerdoti et firmissimo amico N. episcopo, ille Brixiensis Ecclesiæ pastor. Obsecro fidelitatem vestram ut veraciter mihi et diligenter deinceps dignemini, quomodo



se summa rerum habeat, quam pacati inter se domini nostri reges sint, id est filii Illudovici, qualeunque pacem ad consobrinum suum filium K. conservent : quia nos habitatores Italiae, et potius inquilini, seu, quod potissimum veritas ipsa testatur, præda nunc horum, nunc illorum, ægre nimis expectamus, donec inter se concorditor adinveniant cuiusmodi provinciam istam concedere velint : ut illi, prout oportet, singulariter subjiciamur : cæteris etiam, in quibus possumus, læti serviamus. De sospitate sanctitatis vestrae certum me reddere velitis, et vestris Romanæ pergentibus, seu reliquis pro sua necessitate Italiam petentibus intimare, ut ad me divertant, et in vestro honore eis aliqua impendam subsidia : et de statu sanctitatis vestrae lætificabor, et vos de mea, ut credo. In vestram jucunda et pigmenta ac medicamenta, quæ vobis congrua puto, vestrae dilectioni dirigere curabo. Munuscula quæ modo fuerunt ad manus vestrae dignitati direximus, hoc est palliolum diacrydium et aliud cocineum, tertium saphirini coloris, stragulas duas, duos ramos palmarum virides, et partem amigdalorum et thimama novum. Quod si opportunum vobis est, obsecro, ut unum admissarium generosissimum, celeritate et forma, quin et animo præstantissimum et alacrem, mihi fideli vestro dirigatis. Simul quodcumque volueritis grandioris pretii nihil injungentes, ut puto, ad vestram voluntatem paratissimo.

XXVII. *Responsio præcedenti epistolæ, qua status regum et regni exponitur.*

Nobilitatis et religionis summique sacerdotii dignitate sublimato N. illi Ecclesiæ pontifici N. illius Ecclesiæ indignus episcopus. Comperta sanctitate dulcedinis vestrae multum in Domino gavisus sum, sed et gaudeo et gaudeo. De perturbatione vero Italiae tum propter vestram et Ecclesiarum Christi inquietudinem et vastationem, tum etiam propter nostra detrimenta nimium contristamur : quia pauperima et arida provincia nostra quid amplius habitura est matre divitiarum suarum direpta. Sed Dei misericordia confidimus hanc tempestatem in brevi serenandam ; nam sicut demandastis mihi ut de regni pace et statu vobis certi aliquid significarem, et qualem pacem ad invicem conservarent tres fratres filii nostri domini Illudovici, et utrum nepotem et consobrinum, immo compatriuelem suum filium K. in societatem suam accivissent ? Notum facio dilectioni

vestrae quia tres illi fratres ita se inmuta charitate complectuntur, ut summam Trinitatem mediam inter illos diversari credamus. Adeo omnia quæ ad illos seu privato, seu publice pertinere videntur, humanas res et vota supergrediuntur : et unusquisque eorum si possit, et potest fieri, plus alios quam seipsum diligit et diligeret. Et dominus quidem K. cum fratre Illudovici junioris, id est Galliam Lugdunensem et Treverim cum omni Mosellana regione, nec non Agrippinensem provinciam et Burgundioniam inter se dividendas acceperunt. Italiam vero et Tusciam et omnem Campaniam domino K. regendas commiserunt, qui etiam modo sanitate indulta et indepta quantocius vos per gratiam Dei visitabit, et omnem adversarum et prædonem de vestra provincia fugabit. Ineffabiles vestrae liberalitati gratias de magnis exquisitis muneribus quæ mihi dirigere curastis. De cavallo quem me expositulastis, scitote quia præstantissimum vobis mitto,

B Illorum de gente patrum, quos Dedala Circe Supposita de matre nothos furata creavit.  
Vincul. vii. An.

Quod ne fabulosum existimetis aerius ei color innatus hoc verum esse comprobatur. Qui perlicitate Cillarum, animositate Rhebum, mirabili singularitate Bucephalum antecellat, et generosissimos pullos faciat : qui procul odoretur bellum, et gaudeat ad vocem tubæ, et cum sanguineam pugnam videat, dicat Vah : qui montes oppositos letus et alacris exuperet, et fluvios rapaces innatet, et latissimos lacus transvadet.

Belgica vel molli melius ferat Emseda collo,  
Vincul. in Georg.

et humano sensu cognoscat quomodo sub quolibet homine se gerere habeat : hoc est sub juvenibus et indisziplinatis transversus et supinus, sub senioribus vero et gravibus humilis et rectus incedere norit. Debetis autem farre pascere, non siliquis fabarum et lupinorum, seu frondibus cerrarum et quercuum. Debetis autem puro amne et liquido fonte potare, non putentibus aquis ut vos eas nomine dicitis. Si hæc ei facitis, omnia quæ dixi et amphora in eo invenitis ; si vero hæc negligitis, et curam illi subtrahitis, immunis ero a mendacio, qui vobis bonum eum direxi, et qualiter habere deberetis instruxi. Vos autem vobis ipsis, aut ministris vestris de ejus villi. *Cætera desunt.*

## FORMULÆ INEDITÆ.

### EDITORIS PATROLOGIÆ MONITUM.

Formularum quindecim, quas jam editori sumus, quinque priores ex manuscriptis Bibliothecæ Regiæ excerptæ sunt; decem alias mutuati sumus, si tamen ultimam excipias, de qua suo loco dicitur, a Codice olim Pitheano, empto postea, id est anno 1837, a pessimo simul ac doctissimo sacerdote, nomine *Nichel*, cathedralis ecclesiæ Nanceii parochi, post cujus obitum, vendente ipsius nepote, manuscriptorum publicorum thesauris accessit, sicque omnium juris factus est. Illas quidem formulas ex supradictis fontibus jam pridem expressit, recensuit, ediditque in Collectione monumentorum ab ipso elucubrata cui titulus *Bibliothèque de l'École des Chartes, dominus Parde sus*, academiæ Inscriptionum humaniorumque litterarum sodalis, vir antiquitatis peritissimus, deque litterarum republica, si quis alius, optime meritis. Cujus annadversionibus, ad incudem nostram penitus revocatis, proprias annotationes condidimus.

#### I. <sup>a</sup> *Sine rubrica.*

Biblioth. Royale, ancien fonds, 4627, n° 20 v° 21 et r°.)  
Anno illo, regnum domno nostro illo rege, in men-

<sup>a</sup> Hæc formula necessaria relatione sequenti connectitur : prior enim, numero xxxix signata in

D se illo, dies tantos, vir laudabile defensore et omnem curiam illius civitate. Vir magnificus ille prosectorum dixit : Peto te optime defensor et usque lau-

ms. 4627, instrumentum exhibet quo Actorum in registis curiæ insertio declaratur ; posterior, man-